UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis Imperatrix S. Otho Episcopvs

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

XXVI. De reædificatione Cathedralis Ecclesiæ post incendiu[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

Visual Library

cienſe Capitulum, quod modò maximum eſt, à paucis cœpit. Sed ea, quæ reſtant, his omiſsis, edicam.

De reædificatione Cathedralis Eccleſiæ poſt incendium.

CAPVT XXVI.

Thimon. Vide vitam edit. à Can. lib. I. cap. 15.

** Ruperto.*

Quid S. Otho præſtiterit in reſtituenda Eccleſia Cathedrali Bamberg.

IN diebus ipſius ſemper honorandæ memoriæ Ottonis Cathedralis Eccleſiæ monaſteriũ, quod ſub * anteceſſore ſuo, Deo permittente, vſque ad ſolos muros ſuperſtites, conflagratum erat incendio, multis ſumptibus ab eo, ad priſtini decoris nobilitatem reparatum eſt. Ipſe pauimentum ſtrauit; columnas Eccleſiæ, quas ignis affiauerat, opere gipſeo & firmauit & ornauit. Chorum S. Georgij exaltauit; picturas quoque non ignobiliores prioribus effecit: & ne vltra ſimiles formidare debeat euentus, totum monaſterium & turres cupreis tabulis contexit. Sphæras quoque & cruces turrium deaurauit; omnia denique ædificia clauſtri per officinas ſingulas renouare, & in meliorem ſtatum promouere curauit. Quantum verò eidem Eccleſiæ bonorum & prædiorum, præter ea, quæ à fundatoris liberalitate pridem habuerat, ſua benignitate ipſe ſuper addiderit, latior & lautior multò quàm fuit, teſtis eſt menſa Canonicorum.

De ſtructuris in monte S. Michaëlis & Capellis per Ottonem factis.

CAPVT XXVII.

Ebbo. Opera S. Othonis in monte S. Michaelis.

VT autem ad noſtra veniamus, idem Deo deuotus Pontifex Babebergenſis monaſterium S. Michaëlis cum eiuſdem Eccleſiæ ædificiis, nec non & baſilicam ſanctæ Mariae, & Capellam B. Bartholomæi